



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

50. De humilitate & resignatione pro consequendis fructibus providentiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

## MEDITATIO L.

De humilitate, & resignatione pro consequendis fructibus Providentiae.

Cognitio nihil sui.

1. 3.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.

**H**Æc est humilitas, quæ fundatur in cognitione proprii nihili. 1. secundum esse naturæ, & gratiæ. 2. in conservando illum. 3. in operando, & in usu potentiarum. 4. quod totum tandem nihil est respectu Dei. 5. quod ex me sum tantum nihilum peccati. Et hoc est fieri, sicuti parvulum.

## PUNCTUM PRIMUM.

Similitudo infanti.

- 1.
- Ps. 50. 4.
- 2.
- Amos. 5.
- 3.
1. Cor.
10. 12.
- 4.

1. Isa. 49.
- 15.
- cap. 66.
- 11.

**E**X comparatione parvuli concipienda humilitas. 1. ille, si inficiatur, non potest eluere, sic nec homo culpas. *Lava me ab iniquitate mea.* 2. si cadat, non potest se sublevare. *Domus Israel cecidit, & non adjiciet ut resurgat.* 3. si erigatur, non consistit sine ope: *Qui stat, videat ne cadat.* 4. si esurit, debet alius porrigere: per me implere bona desideria nequeo, 5. si alegat, si hostis immineat, nequit se juvare, sic nec incalescere charitate, nec à carne, mundo, diabolo, potest tutus esse homo. Porro ut mater præsto est infanti: ita, ac magis etiam providentia Dei adest mihi: Nam si illa oblita fuerit, ego, inquit, non obliviscar tui. *Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis.* Sed oportet infante se agnoscere & gerere; Deo autem fidere.


PUN-

## PUNCTUM II.

**R**esignatio in manus Dei, ut infans, qui abs-  
que cura, per omnia se relinquit matri, à  
qua pro conditione tractatur, nec affectat ali-  
ud: *Omniem sollicitudinem projicientes in eum,*  
*quia ipsi cura est de vobis, ipse me enutriet: nam*  
*si quis suorum, maximè domesticorum curam*  
*non habet, fidem negavit: Quomodo Deus*  
suos deferet? *Non parcam ego Ninive, in*  
*qua sunt plus quàm centum viginti, millia homi-*  
*num, qui nesciunt quid sit inter dexteram &*  
*sinistram?* vel tales sufficiunt ad miserendum.  
O ne tradam oblivioni hanc rem! ut Ephra-  
im, de quo Propheta apud Deum queritur, di-  
cens: *Cujus tu quasi nutritor eras, & portabas*  
*in brachijs tuis, & nescivit quod curares eum.*

## PUNCTUM III.

**P**rærogativæ parvulorum. 1. *Talium esse re-*  
*gnum cælorum.* 2. *Qui sic se humiliaverit,*  
*magnum erit in regno cælorum.* 3. *Qui talem re-*  
*cipit, Christum recipit.* 4. *Qui talem scandali-*  
*zat, demergendus in profundum maris.* 5. *An-*  
*geli eorum vident faciem Patris: significatur*  
*peculiaris custodia: ut cum Agar abjecit par-*  
*vulum, exaudivit Dominus vocem pueri,*  
*& adsuit An-*  
*gelus.*



Ee s

ME. 15.